

clerici providere. Sed Episcopatum non ordinatur ex se ad bonum religionis, aut subdit; sed ad commune bonum Ecclesie. Insuper ex parte subditi, quia tantum tenentur obedire in istis, quae sunt secundum regulam, pertinentibus ad usum religionis. At fieri Episcopum non pertinet ad regulam vitam; immo ab illa caimit; & absurdum esset posse Prælatum subditi præcipere id, per quod ab eius obedientia eximitur. Secundo, quia ad eum solum pertinet cogere ad hoc qui potest Episcopum confirmare: per hoc enim potissimum constituitur Episcopus. At hæc confirmatio solius Pontificis est. Quare dicitur D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 2. Ricard. quodlibet. 3. q. 21. D. Anton. 3. p. 11. c. 2. § 6. Turrecrem. c. olim. n. 1. 8. q. 1. Angel. verb. electio. n. 3. & ibi Artil. n. 37. Sylva. verb. electio. 1. q. 19. Sor. lib. 1. de iust. q. 2. art. 2. tradunt teneri obedire religionis Prælato obliganti ad acceptandum Episcopatum; nomine huius Prælati intelligunt Pontificem: & ita explicat Sor. eo. art. 1. ad 2. Probatur secunda pars, nempe posse cogere Pontificem, quia hæc potestate indiget recta Ecclesie gubernatio: nam vniuersique secundum propriam voluntatem debet proprie saluti vacare, aliorumque regim. quantum in se est, fugere, vt constat ex multis Sanctorum exemplis. Ergo oportuit vt Christus in Ecclesia relinquere potestatem compellendi acceptare aliorum regimen, & Episcopatum. Cum autem cura totius Ecclesie sit penes Pontificem, debuit penes ipsum hæc potestas manere. Et confirmatur, quia potestas civilis potest civem ad Republicæ munera capessenda cogere. Ipsi magis tractum. C. de Decurionibus. lib. 11. c. 10. tit. de excus. 1. muner. eodem lib. & ita docent Cordu. in exposit. regul. D. Franc. c. 10. q. 2. dictio 7. Valent. 2. 2. disp. 10. q. 3. p. 1. c. 1. col. 5. conclus. 6. Ludouic. Lopez 1. p. infructor. c. 56. col. 2. Leonard. lib. 2. de iust. c. 45. dub. 9. n. 76. Mantel. 2. tom. sum. c. 9. n. 5. & q. regular. tom. 3. q. 19. art. vlt. Dum autem dicunt illi authores posse Romanum Pontificem ad hoc cogere religioſos, intelligendum est, non ratione voti obedientie, sed eo modo, quem num. præcedenti explicauimus; & ita docet Leonard. proxime adductus.

50 Addunt tamen Ludouic. Lopez eo. c. 56. col. 1. & Manuel Rodrig. 2. tom. sum. c. 9. n. 6. posse Prælatos regulares compellere subditos, vt parochorum munus inter Inde obeant. At id non placet, quia est præter religionem institutum, & res periculosa plena. Nec obstat, Pium V. conceſſiſſe, vt eo munere fungi valeant; quia id solum probabilem esse eo fungi, non tamen ostendit eos posse ad id obligari; quod magis constat ex dicendis n. sequen.

51 Nec potest cogere Prælatus regularis suos religioſi ad acceptanda beneficia secularia, vel etiam regularia a terius ordinis, quamuis vtrumque ex Pontificia dispensatione liceret: quia id non est secundum regulam, se præter illam, nec ordinatur ad commune bonum sue religionis, aut monasterij. At potest cogere ad suscipiendum beneficium conſuetum regi per regulares sui monasterij; quia talis gubernatio pertinet ad suum monasterium. Quae omnia docent Nauar. comment. 4. de regular. 23. & Manuel q. regular. tom. 1. q. 34. qui addunt, n. ad beneficium regulare alterius monasterij sui ordi posse cogere Prælatur: tum quia id est interdictum cum singula. §. prohibemus. de præben. n. 6. tum quia tantum potest cogere ad pertinentia ad suum monasterium, quae non est hoc. Addunt etiam posse cogere Prælatur ad acceptandum beneficium sui monasterij, quamuis sit parui valoris, dummodo non cogat relinquere alimenta necessaria ad supplementum victum à monasterio sibi suppeditanda. Addit etiam vterque posse cogi religioſum acceptare id beneficium, quamuis sit manuale, & ad nutum amabile, nisi iusta excoſtationis causa adefler: quia crederetur malitiose sibi conferti, eo quod litigioſum est, vt litem terminet, & ea terminata sibi auferatur. Quare non approbo, quod docent Imol. c. Raymuni. n. 71. de reslam. Anchar. c. religioſus. n. vlt. de electio. 6. & ibi Franc. in prin. n. 3. nempe non posse religioſum dissentire absque Prælati

licentia electioni de se factæ ad beneficia secularia, quia caret nolle. Sed dicendum est oppositum, vt probatum est, quia aliàs posset cogi: & habet vtiq; religioſus nolle in eis, in quibus non tenetur obedire. Insuper non potest Prælatur cogere religioſum ad acceptandam dignitatem extra religionem, docet etiam Leonard. num. 49. allegatus.

Manifestum autem est, posse religioſum à suo Prælato compelli vt munus Prælati intra ipsam religionem obeat, quia id est secundum regulam.

52 Quod si subditus iussus à Prælato admittere prælationis munus, sit aliquo impedimento affectus, tunc distinguendum est; nam triplex potest esse impedimentum. Quoddam, quod subditus ipse amouere potest, vt si haberet propositum perseverandi in peccato, quod prælationi admittenda obſtaret, & hoc impedimentum tenetur ipse amouere, vt obediatur. Aliud est, quod non ipse, sed Prælatus potest dispensando amouere, vt si irregularitate ligatus sit, in qua ipse Prælatus dispensare potest, & tunc debet impedimentum Prælato aperire, nisi aliunde dispensationem impetret, & ipso dispensante tenetur obedire. Tandem aliud est, quod nec ipse religioſus, nec ille Prælatus potest amouere; & tunc non tenetur obedire. Atque ita docet D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 2. ad 2. Turrecrem. c. olim. n. 1. ad 2. 8. q. 1. D. Anton. 3. p. 11. c. 2. §. 6. Sor. lib. 1. de iust. q. 2. art. 1. ad 2. Vbi bene addit, quod subditus ea est affectum prauorum peste corruptus, vt nullatenus eos sedare valeat, sed prudenter timeat fore, vt superetur, non teneri obedire, quia in mortalibus, quod est valde difficile, reputatur impossibile. Quando verò iudicaret subditus se minus idoneum quoad scientiam, & alias qualitates extrinsecas, quae Prælatus probus, & prudens non ſeſt; bene ait ibi Sotus cum Syluest. verb. Episcopum. quæſt. 3. dict. 4. teneri illum stare iudicio Prælati.

Vltimò deducitur, quid in ea quaestione dicendum sit, an liceat religioſis tempore pestis fugere, an potius teneantur obedire Prælato iubenti permanere, ac Sacramenta peste infectis ministrare infra parochiam, & ipsis quoque in necessariis ad corporis salutem inferri: Artil. verb. obedientia. num. 5. & ibi Tabien. q. 5. num. 6. col. penult. agentes de ministerio in temporalibus exhibendo, breuissimè dixerunt, non teneri religioſum obedire Prælato iubenti ipsum inferri peste infectis, ob manifestum mortis periculum inde conſurgens. Agentes autem de ministerio in spiritualibus, breuissimè quoque Caiet. 2. 2. q. 26. art. 5. ad fin. Nauar. sum. c. 24. Hisp. n. 13. Luimo. n. 11. Bañez 2. 2. q. 31. art. 3. dub. 4. paulo ante argument. solus, dixere non teneri religioſos tempore pestis in loco illa infecto permanere, & ministrare Sacramenta infirmis, sed id esse eximie perfectionis opus. Ducitur, quia hoc munus est proprium parochorum.

Prima tamen conclusio sit. Superior conuenit, n. quit tempore pestis fugere deserto conuenit. Ratio, quia habet se respectu contentus, sicut parochus respectu parochie; huic autem non licet fugere eo tempore vt docet communis sententia Doctorum, & ita tractat Manuel 2. tom. sum. c. 9. num. 2. & q. regular. 3. tom. q. art. 3.

Secunda conclusio. Religioſus iussus à Prælato religionis inferri religioſis domesticis peste infectis, temporalibus curam illorum admodum, cibaria, & medicamenta necessaria porrigendo, tenetur obedire. Ratio est quia ad regulam pertinent mutua ministeria ad conseruationem boni status religioſi spectantia (vt probauimus num. 9.) inter que non infimum, sed principalem locum tenet inferri morum cura. Nec obstat, ind maximum mortis periculum religioſo inferri iunimere; quia quando ratio boni communis, & conseruationis boni status religioſi id petit, vt contingit in hoc casu, tenetur subditus obedire cum mortis periculo, non minus quam secularis iussus à Prin

à Prin

à Principe ire ad prælandam, tenetur parere, non obſtanti probabilissimo mortis periculo inde imminente. Atque ita docent Caiet. opuscul. tom. 3. tra. 7. 9. de vinculo obedientia. q. unica. paulo ante vers. ad secundum verò rationem. Manuel Rodrig. q. regular. tom. 3. q. 31. art. 3.

57 Hinc tamen excipitur religioſum, qui tam tenui corporis valetudine vtetur, vt cum multo maiori contagionis periculo, quam alij id munus obiret; vel egregie conditionis viros, quorum vita esse valde utilis communi religionis bono: quia hoc imprudenter exponeret Prælatus huic periculo; vt bene docet Rutil. de fuga temp. pest. lib. 1. disp. 1. q. 1. paulo ante vt. conclus. Manuel q. regular. tom. 3. quæſt. 3. art. vlt. Et cum sint alij religioſi, per quos (vt supponimus) absque tanto proprio, & boni communis detrimentum possit ei malo conſuli, non tenetur hic obedire.

58 Tertia conclusio. Non tenetur religioſus obedire Prælato iubenti eum inferri externis peste infectis; quia non est secundum regulam, sed illam excedit tam eximium misericordie opus, nec hoc ad mutua religionis pertinet. Et in hoc casu est vera sententia Tabienæ, & Artil. quæm. n. 5. 2. retulimus.

59 Quarta conclusio. Religioſi, quorum institutum non est vitæ actiue, ac iuuandis proximis vacare, vt sunt Carthusiani, & monachi D. Hieronymi, & alij similes, non tenentur obedire Prælato iubenti, vt externis peste infectis Sacramenta ministrare; quia hoc est opus eximie perfectionis, alienum tamen à suo instituto; quare non tenentur in loco peste infecto manere. Et in his est vera sententia relata n. 5. 2. dicens religioſum non teneri ad hoc; & ita docet Mantel Rodrig. q. regular. tom. 4. q. 31. art. 3.

60 Vltima conclusio. Religioſi mendicantes, & alij, quorum institutum est spirituali proximorum salutem incumberem, non tenentur tempore pestis manere in loco peste infecto: nec, si maneant, tenentur peste infectis Sacramenta ministrare, quando id munus potest sufficienter per parochos obiri. Et in hoc casu est vera eadem sententia relata n. 5. 2. quia id munus per se primò parochis incumbit, quorum munus est Sacramenta suis parochianis ministrare. At si parochi non sufficienter ei muneri obeundo, tenentur hi religioſi si iussu Prælati regularis eos adiuuare, & Prælatus tenetur id præcipere, quia hoc non est supra eorum regulam, sed secundum illam; cum eorum munus sit id Episcoporum, & parochorum coadiutores in salu spirituali proximorum adiuuanda: & ob id elemosinis fidelium sustentantur, vt optime tradit D. Tho. 2. 2. q. 187. art. 1. ad 3. & q. 188. ar. 4. ad 2. §. 5. & opuscul. 18. 16. in fin. At hæc est gravis proximorum necessitas. Atque ita hæc atque probant Rutili. de fug. temp. pest. lib. 1. dy. 1. q. 1. n. conclus. 10. & maxime in solut. ad 5. contra i. l. n. Man. Rodrig. tom. 3. q. regular. q. 3. 100. art. 4. & maxime in solut. ad 4.

61 Addit autem bene vterque, teneri quoque Prælatur regularem ad loca diocesis vicina peste infectis religioſos mittere, & eos teneri parere, quado eandem parochorum sufficientium ad Sacramenta infirmis ministranda penuriam pateretur; quia eadem militat ratio.

62 Sed dicta duplici numero præcedenti intelligent, quando non essent alij sacerdotis qui Episcopi sumptibus vellent parochis auxilio esse; nam in primis ea cura incumbit Episcopo, vt medijs parochis, & alijs sacerdotibus necessarijs mercede conductis, & spiritali animarum necessitati propiciat: & quando hi non inueniantur ea monachorum obligatio locum habebit. Nam DD. n. 60. allegati fateantur hanc obligationem esse in subditum, quando deest ministrorum copia. Ergo quando sunt alij ministri, præter parochos, volentes id munus obire expensis Episcopi, cuius est primario hæc cura; excoſtarentur ab eo onere religioſi.

Item nisi religioſus quem superior mitteret, esset alijs valde utilis, ita vt imprudenter mitteretur, cum sint alij multo minus necessarii ad bonum religionis, & minus subiecti infectioni, vt in simili diximus n. 57.

Tandem superest duplex difficultas. Prior est, an tanta sit potestas duplex in religioſum, vt cum postea dare in pignus, seu in obſidem pro debitis monasterij; Negant Gloss. c. ex rescripto. verſ. obſides dori, de iur. iur. Bald. ibi. n. 1. quibus sub ſcribunt Card. ibi. num. 1. Ioann. de Imol. num. 5. & Roman. singul. 505. verſ. non quid. Episcopus, & alij. Sed communior sententia affirmat id posse fieri ab Abbate; quod videtur supponi in eo. 2. ex rescripto. citato, & tenent Ioan. Andr. ibi. num. 9. Hostien. num. 1. Felin. num. 3. Alexand. de Neuo num. 53. Nauar. lib. 3. consil. 11. de regular. in 1. edu. consil. 65. num. 3. in 2. consil. 74. num. 3. Surd. de aliment. 11. 8. priuileg. 38. num. 26. & 27. Gomez. de Amezc. iraci. de potest. in se ipsum, lib. 2. c. 14. num. 18. quij alios Doctores, & vtriusque sententia fundamenta adducunt. Sed vt optime docent Abb. d. e. ex rescripto. num. 8. Barr. & Socin. de reg. iur. regul. 167. num. 1. & 2. si loquamur de propria obſidum natura, quæ est dari pro pace, aut simili causa Reipublicæ, à solo Pontifice possunt sic dari in obſides. Si verò non dentur, vt sint proprii obſides, sed vt in certo loco stent ad tempus; potest Abbas religioſos sibi subditos ad id compellere pro vtilitate, que necessitate monasterij, vt colligitur ex regulis traditis in hoc capite. Et hoc pacto conciliari possunt Doctores vtriusque sententia.

Posterior difficultas est, an Abbati accusato à monachis ob delictum, sit obediendum pendente accusatione? Videtur negare Gloss. c. ex parte. verſ. alius, de accusat. n. 1. Sed verè id non intendit Gloss. sed tantum teneri obedire, quoad desistendum ab accusatione: quare in cæteris obedire tenentur. Quod bene docent Abb. eo cap. ex parte. num. 4. & ibi Felin. paulo post principium. Surd. de aliment. 11. q. 127. num. 5. Sicut Iudici durante syndacatu, non minor reuerentia exhibenda est, quam durante officio, vt tradunt Baldus, & Iason, quos refert & sequitur Surd. ibi. n. 6.

CAPVT III.

Qualiter religioſus, vel quouis alius subditus teneatur obedire, dum dubitat, an res præcepta sit illicita, aut excedens limites potestatis Prælati: aut opinatur eam esse illicitam, aut excedentem eos limites: vel dubitet, an superior habeat legitimam in illum potestatem: aut opinatur eam non habere; aut quando res præcepta est contra regulam.

SVMARIUM.

Explicatur ex quot capitibus possit dubium hoc esse subditis arri. n. 1.  
An subditus dubitans, an res præcepta sit licita, tenetur obedire referunt quædam sententia. n. 2.  
Explicatur sententia author. ar. 3.  
Quid si dubitat, an res præcepta excedat limites potestatis superioris? n. 4.  
An res subditus teneatur obedire, opus sit vt iudicet id quod iubetur esse bonum, & clausum intra limites potestatis superioris: vel satis sit oppositum non sibi euidenter constare. n. 5.  
An subditus opinans esse illicitum, quod iubetur, tenetur obedire, & tenetur iudicare superiori amplecti opinionem probabilem. n. 6.  
Quid si opinaretur in quodam casu se non teneri obedire, n. 7.  
An superiori præcipienti contra regulam, vel præceptum aliorum superioris, sit obediendum, quando non est certum esse contra regulam, vel non posse in illa dispensare, vel non dispensare



spensare absque causa; et in dubio, an subijta causa dispensandi, vel grauius precipiendi, sit standum iudicio superioris dispensantis, vel precipientis n. 8.

An teneatur obedire superiori coarctatus immunitates, & libertates in regulis, vel ab alio concessas n. 9.

An quando ratione infirma valetudinis, aut alterius cause iubetur subditus non se iurare, quando alius tenetur, aut non recitare, aut veses carnis, & quando alius tenetur, aut non constet esse iustam causam n. 10.

An religiosus iustus admittit prelatum, aut audire confessiones, teneatur obedire, quando se indignum, aut literis deserturum credit; & minor sufficientia in hoc desideretur quam in audiente sua sponte confessione n. 11.

Subditus dubitans practice, an hoc, & nunc sibi liceat parere, an teneatur parere n. 12.

Quid si eam conscientiam erroneam deponere nequeat, & an preceptum Prelati obliget plus quam conscientia illa errans remittit n. 13.

An subditus certo sciens se non peccare non obediendo, & dubitans an res precepta sit illicita, vel an peccet obediendo, possit obedire n. 14.

An subditi, sive non subditi, dubitantes de iustitia belli, possint militia se adscribere n. 15.

An intelligantur nominis subditorum solis indigni, vel etiam famuli mercede conducti n. 16.

Quid si subditi non cogantur obedientiam, sed scientes superiorum velle, exequantur rem, de cuius iustitia dubitant n. 17.

Quid si subditi dubitantes sciverint suam superiorem sentire rem illam esse licitam, vel eandem esse illis eam imperare n. 18.

An subditi dubitantes, an res precepta sit licita, teneantur prius quam obediam innuere an licita sit n. 19.

An teneantur superiori proponere circumstantias quas ipsum ignorare, aut quarum obliuisci credunt, & quid si adhuc superior precipiat n. 20.

Quid si subditi certus sit superiorem dubitare quocumque, an res precepta sit licita, aut excedens limites sine potestatis, aut ex conscientia erronea dubitare, aut putare esse illicitam, aut excedentem n. 21.

Quid si subditus dubitat circa factum n. 22.

Quid si subditus dubitanti sit res precepta valde difficilis, aut nimis molesta n. 23.

Quid si ex obedientia in eo dubio imminet subdito, aut tertia persona periculum, ut si dubitatur, an superior iuridice rogat n. 24.

An sit differenda executio precepti, quando minus malum timetur ex dilatione n. 25.

Quid si superior precipiat aliquod sub conditione, & dubium sit, an sit impleta conditio n. 26.

An quando ratione dubij non tenetur subditus obedire, teneatur impositio precepto sub excommunicatione lata n. 27.

An teneatur obedire, quando est dubium, an superior ritus electus, aut confirmatus sit referre quadam sententia n. 28.

Explicatur sententia auctoritatis n. 29.

Quid si dubium sit, an aliquis sit iustus superior n. 30.

**Q**UOD EST IUDICIUM hoc vniuersaliter est tractanda de omnibus subditis, quia in omnibus procedit eadem ratio astringens subditos, ut superiori pareant in dubio, vel eos liberans a tali obligatione: potest autem dubium ex triplici capite oriri. Primum est ex parte solius precepti, quando, nempe, constat de precipientis auctoritate ad rem illam precipiendam, & de rei precepte honestate; sed dubium est, an id preceptum impositum sit, vel an obliget in hoc casu propter circumstantias occurrentes: vel quia dubitatur, an sit vsus, vel dispensatione abrogatum. Et de hoc dubio non tractatur in presenti; satis enim de hoc dictum est lib. 1. huius tract. c. 10. num. 19. & 20. Secundum est ex parte

rei precepto impositae; quia etiam de prelatione iubentis constat, & de precepto, dubitatur subditus, an res precepta excedat eius potestatem ad precipiendum, eo quod dubitatur, an illicita sit, vel supra, aut preter regulam, aut supra potestatem cuiusvis alterius superioris precipientis. Tertium est, quando dubium oritur ex parte prelationis precipientis, quia dubitatur de legitimitate illius superioris potestate; ut si dubitetur an ritus electus, aut confirmatus sit, aut an sit superior huius, cui aliquid precipitur. Primum ergo tractabitur de dubio oritur ex parte ipsius rei precepte; deinde, quando oritur ex parte prelationis.

Quando ergo dubium obligationis obediendi consurgit ex parte rei precepte, eo quod dubitatur, an licita sit, necne; quidam sentiunt nulli subdito (ea conscientia non deposita) integrum esse parere cuiuscumque superiori. Ita sentit Adrianus *quodlibeto 2. q. 2. c. 2.* & in re sentit Gabr. Valq. *1. 2. q. 19. art. 6. d. 1. p. 86. c. 9. d. n. 5. 1. vsque ad fin.* vbi ait, non posse in hoc dubio subditum obedire, nisi, quamuis per intrinsecam illius materie precepte principia, ac considerata eius natura, dubium sit de eius honestate; at per extrinsecam dubium deponit habens iudicium determinatum, quo rem illam licitam esse iudicat. Hec autem extrinsecam principia dicit esse, si subditus vir doctus sit, & perpena superioris auctoritate, scientia & prudentia pollentis, aut aliorum auctorum opinionem sequentis, dubium deponat, credatque id probabiliter licere. Si autem subditus ignarus sit, aut, multo magis cum excusari, si bona fide sequatur preceptum superioris, de cuius iustitia nescit ipse diiudicare. Quare nihil tribuit possessioni, quam habet superior precipiendi, ut flante dubio, an res precepta sit licita, necne, non sit sua possessione spolians, denegata ei obedientia. Atque ita concludit, impugnans sententiam communem distinguentem inter subditos iustos a suo Principe bellum aggredi, de cuius iustitia dubitant, & alienigenas similiter dubitantes, ut illi in eo dubio ratione obedientiae excusentur, ij autem non, cum nulla obedientia ratio eos excuset. Sed hanc distinctionem impugnatur, diciturque utri licere, manente iniustitia belli dubio, nec saltem extrinsecam principia conceptio iudicio determinata iustitia illius belli, at vtriusque licere hoc iudicio conceptio. Eiusdem ferè opinionis est Salas *1. 2. q. 2. c. 1. vsq. 8. d. 1. p. 17. num. 152.* vbi etiam dicit, id esse obediendum; at dicit id non pronuntiare ratione possessionis precipiendi quam habet superior; sed quia alios non possent commodè homines gubernari, cum passim dubia circa res preceptas occurrant. Et ita *1. 2. q. 19. dicit*, non esse generaliter verum, ut id quod flante dubio non erat licitum facere, fiat licitum ratione precepti superioris, sed solum hoc habere verum, quando aliquis dubitaret, an res precepta sit licita, ac certus esset, si forte est peccatum, esse longe minus quam inobedientiam: tunc enim accedente hoc precepto, licite faceret, ad vitandum hoc maius peccatum, quod, secluso precepto, illicitum ei esset; quia preceptum, inquit, superioris nequit committere efficiere, ut id, quod alioquin erat dubium, sit subdito licitum: sed id dumtaxat, ut quod alioquin erat licitum, sit obligatorium. Ducitur hæc sententia, quia ad ream operationem exigitur determinatum conscientie iudicium; cum conscientia enim dubia operari, est intrinsecè malum. At persequeranti dubio, an res sit licita, necne, non potest determinatum hoc iudicium concipi: nam cum licite rem illam fieri pendat ex eo, an res precepta sit licita, an illicita; dum stat dubium, an licita sit, non potest iudicium determinatum concipi, quo rem illam licite fieri posse credatur. Et confirmatur, quia ad rectè operandum, oportet operantem sequi opinionem, quam iudicat esse probabilem, afferentem rem illam esse licitam: At dum subditus de hoc dubitat,

dubitatur, nequit illud iudicium habere, cum opinio non sit cum dubio; hoc enim omnem aliterum excludit: illa autem assensum determinatum petit, cum alterius partis formidine; nec esse opinionem probabilem potest iudicare ex eo, quod illi superior sit, & id precipiat. Nec enim dignitas superioris efficit opinionem probabilem. Ergo itante eo dubio, non potest obedire, nec ad id deponendum sufficiens est preceptum Prelati. Secundò potest probari, quia cum obedientia a religio debita sit ratione voti, est limitata ad ea precepta, quae licita sunt, & secundum regulam. Et similiter cum obedientia debita cuiuscumque alij superiori, non sit vniuersalis quoad omnia, sed quoad sola licita, & clausa intra limites potestatis illius superioris ad precipiendum, solum est possessio pro superiore, dum iubet licita, & secundum regulam, vel secundum limites sue potestatis, in reliquis autem est possessio pro libertate subditi. Ergo cum dubium est, an res precepta sit licita, & secundum regulam, clausaque intra limites potestatis precipientis, est potius possessio pro subditi libertate, ut parere minimè teneatur. Et confirmatur, quia cum petitur ab aliquo res, quam dubitatur se debere, non tenetur, donec sibi constet, & peccati incumbit onus probandi debiti. At cum dubitatur, an res precepta sit licita, dubitatur eossequenter, an sit debita ex Prelati obedientia. Tertio, quia maior est obligatio voti, vel iuramenti, quam precepti Prelati. Sed in dubio, an res promissa, vel iurata liceat, non est implenda donec, dubio deposito, constat eam esse licitam. Tandem, quia quando concurrunt duo precepta incompossibilia, id quod magis obligat, præponendum est, ut diximus *lib. 1. c. 10. num. 7.* Ergo quando preceptum Prelati concurrit cum contrario precepto iuris naturalis, aut ecclesiastici, ratione cuius dubitatur, an res illa precepta sit licita, eligendum est potius ne subditus exponatur periculo transgressionis precepti naturalis, vel ecclesiastici, quam periculo transgressionis precepti Prelati; quia illud maius periculum magis est fugiendum, quam hoc: & subditus obediens exponitur periculo transgressionis maioris precepti, cui periculo non exponitur non obediens.

Ceterum verissima sententia est, quando subditus dubius est, an res precepta sit licita, necne, excusati ob superioris preceptum, & sic teneri cum obedire. Ratio est, quia operari cum dubio speculatum, nulla profus est culpa, quoties ratio aliqua verget ad contrarium iudicium practicum formandum. Hec autem ratio est possessio alterius, quæ in hoc dubio præponderat, ut vtrumque probauimus *lib. 1. huius tract. c. 10. num. 13. vsque ad 16.* At in casu dubij vtrumque, an res sit licita, necne, est melior conditio superioris, utpote qui in possessione est sue potestatis precipiendi subdito existit; quod spolians non est, nisi vbi consistit cum limite sue potestatis excedere, rem illicitam precipiendo, & confirmatur, quia quamuis in hoc casu videatur potius possessio pro subdito, ut probat secunda ratio adducta supra n. præced. pro contraria sententia: at verò possessio est pro superiori, quia pro illo est vera possessio, pro quo est præsumptio iuris, & in alterum, contra quem est ea præsumptio, transfertur onus probandi exemptionis sue, ut probauimus *lib. 1. huius tract. c. 10. num. 18.* At mandatum superioris in dubio præsumitur iustum, nec limites sue potestatis excedens, utpote cui subditus vice Dei gubernandum se tradidit, ut probatur *quod culpatur, in fin. 23. q. 1.* & aliis citat. docet Couarr. *reg. peccatum. 3. part. n. 5. ad finem.* Et constat, subdito inesse debentem pareri, & suam voluntatem abdicasse in superiore: quare superior habet ius, & possessionem precipiendi, non solum que subditus nouit esse iusta, nec limites sue potestatis excedere; sed ea que, non constat esse iniusta, nec excedere limites potestatis, cum in eo dubio sit præ-

sumptio pro precepto. Secundò, quia filij Israël iusti sunt a Deo *Deuter. 17. & 1. Paralip. c. 19. & Ezechiel. 34.* ut in adiuis, & ambiguis iudicij flarent sacerdotum decreto. Nec hoc preceptum fuit legis veteris peculiarare, ut sic cum illa intrinsecè sed iuris naturalis, ut constat ex ratione præcedenti, & ex sequenti. Tertio, quia potestas superiorum est ad gubernandos subditos, ne errent; quæ gubernatio maxime in rebus dubiis est necessaria, nec tenentur superiores reddere subditis rationem eorum quæ iubent. Quarto, quia *D. August. lib. 22. contra Faust. c. 74. & 75.* & refertur *quod culpatur, in fin. 23. q. 1.* Regi etiam iniquo iudicij bellum, obediendum esse a subditis docet, dum non constat id esse iniustum. Tandè hæc pars ex solutione contrariorum, quæ n. præced. adducta sunt, magis constabit. Nam ad primum fateor determinatum iudicium, non speculatum, sed practicum desiderari, quo operans iudicet se non peccare in eo opere. At hoc potest concipi flante dubio speculatio, ut diximus in prima ratione, nec rem illam licite fieri, pendet ex eo quod in se sit licita. Sed dum non constat eam esse illicitam, siue re vera sit licita in se, siue illicita, sit licite, excusati superioris precepto, cui in eo dubio obtemperandum est: quæ ita preceptum superioris, est non variet naturam rei, pro ut est in se, at variat in ordine ad subditum, & efficit, ut quod alius illi erat illicitum ratione dubij speculatio, quod iuste secluso precepto, non poterat deponere; fiat illi licitum accedente precepto, & possessione superioris, quæ efficiunt, ut id dubium speculatum in se deponatur, & sic non dubitatur practice, ut constat ex corollariis hinc deducendis; vbi ostendetur idem met, ratione dubij, licere subditis, nefas autem esse non subditis. Ad confirmationem negatur esse opus, ut operans sequatur opinionem, quam credit esse probabilem, dicentem rem illam esse licitam; hoc enim iudicium est speculatum, quod quamuis dubium sit, non obstat reducti operati, sed satis est, credat probabiliter sibi licite obedire cum eo dubio speculatum honestatis rei precepte, quod ad iudicium practicum spectat. Et quamuis sola precipientis superioris auctoritas sit non sic ad iudicium probabile speculatum honestatis rei precepte concipiendum: at satis est ad iudicium practicum, quo credatur licitum esse, immo obligatorium obedire non flante dubio speculatum. Ad secundum constat ex confirmatione prime rationis adducte pro nostra sententia. Ad confirmationem dico, disparare esse rationem, quia cum petitur a me res, quam dubitatur, an debeam, nulla est possessio pro perenti, & ita non tenor dare. At dum superior petit obedientiam, quam dubio, an ipsi debeam, habet ius possessionis sue superioritatis, & meæ subiectionis; & ita ius ut in eo dubio ipsi obediam. Ad tertium responderetur, diuersam esse rationem, quia cum superioris sit gubernatio subditum in rebus dubiis, eius preceptum reddit securus subditos, quod non prestat proprium votum, vel iuramentum. Ad vltimum responderetur, id argumentum optimè probare, quando constaret vtrumque preceptum secum pugnare, quod eueniret quando certum esset in eo euentu obligare contrarium preceptum naturale, aut ecclesiasticum. At cum res sit dubia, an aliud preceptum tunc obliget, & in dubio sit possessio pro Prelato precipienti, obligabit eius preceptum, nec periculum eius materialis transgressionis precepti contrarij obstat: quia in eo dubio est superioris iudicij interpretis voluntatis Dei volentis, ut eo non obstanti, superiori pareatur; ut bene ait Sotus statim allegandus. Atque ideo hæc sententiam sustinent Gloss. c. dilecti, in fine de maioribus & obedi. & cap. ad aures, verb. obedientia, de tempor. ordinand. & c. ex tenore, verb. mandatum, de sentent. excomm. & quod culpatur, verb. iniquitas, 23. q. 1. & c. neri, verb. formidat, dist. 13. Innoc. c. si quis, 3. d. 1. de iur. iur. & ibi Ioan. Andr. num. 5. Hostien. num. 3. Bald.



num. 8. Abb. nu. 16. Alexander de Neuo n. 79. Bellamer. 9. 6. nu. 15. Henr. num. 1. idem Hostien. *sum. ut. de penit. 5. quid de rapin. 2. vers. quid si probabiliter dubit. Anton. cap. olim. num. 23. de restit. spoliat. Archidia. c. denique. num. 2. 14. q. 1. Palud. 4. dist. 1. 9. q. 4. num. penult. & dist. 36. q. 2. art. 1. post 4. conclus. D. Bonavent. 2. dist. 39. art. 1. q. 3. ad vltim. & ibi Carthusian. 9. 3. Alen. part. 1. q. 120. membr. 3. art. 2. Maioris 4. dist. 14. q. 20. conclus. 3. dist. 38. q. 15. sine Gabr. 4. dist. 1. 5. q. 4. art. 2. conclus. 4. Diu. Anton. 3. part. tit. 1. 6. cap. 1. 9. vers. 3. Rosel. verb. bellum. num. 4. & verb. conscientia. n. penult. & verb. obedientia. num. 4. Angel. verb. religio. sum. n. 29. & verb. obedientia. num. 6. & verb. conscientia. num. 2. & verb. bellum. num. 8. Syluest. verb. bellum. 1. quast. 9. conclus. 1. & verb. conscientia. q. vltim. & verb. obedientia. q. 1. & verb. religio. 6. q. 6. Tabien. verb. bellum. q. 1. num. 14. & verb. conscientia. q. 3. num. 4. & verb. obedientia. q. 11. num. 11. Artil. verb. obedientia. num. 4. & verb. bellum. nu. 4. Caiet. *sum. verb. bellum. 8. 2. q. 169. art. 2. circa solut. ad 4. in dub. 2. Victor. de iur. bell. proposit. 5. num. 31. Sot. de secret. memb. 3. q. 2. conclus. 1. Nauarra. c. si quis autem. num. 14. de penit. dist. 7. & sum. c. 23. Latin. num. 37. Hisp. num. 16. Anton. Cucus lib. 3. in iur. maior. tit. 1. num. 124. Cord. lib. 3. questionar. q. 6. statim in princ. & infra vers. secunda pari. Medii. lib. 1. summa. c. 5. fin. Tapia. athen. ingressi. verb. ipso ingressu. c. 1. item. 46. T. de sacrosancti. Eccles. Toled. in *sum. vbi de peccat. mortal. c. 11. num. 6. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 2. c. 19. 9. 9. Bañez. 2. 2. q. 40. art. 1. dub. 6. Molin. tom. 1. de iust. dist. 13. cor. concl. 3. Valent. 2. 2. dist. 2. q. 14. punct. 4. questionar. 4. vers. peculiariter autem. & 2. 2. dist. 3. q. 16. punct. 2. col. 5. vers. Sexto certum est. & dist. 7. q. 3. punct. 2. col. 2. vers. & hoc quidem. & dist. 10. q. 4. punct. 3. ad finem. Nauarra. l. 2. de restit. c. 5. in noua editione. 2. part. dub. 12. ad nu. 152. Petr. de Ledem. 2. tom. *sum. traic. 3. cap. 13. conclus. 19. Manuel 1. tom. *sum. 2. edition. c. 116. num. 5. & tom. 3. q. 9. regular. q. 19. art. 6. Emmanuel S3. *sum. verb. bellum. num. 1. Anton. Perez certamin. 10. scholastic. dub. 2. ad nu. 123. Sayr. lib. 1. clau. reg. c. 11. n. 4.******

Hinc deducitur primo, a fortiori teneri subditum obedire quando constat rem præceptam esse licitam & tantum dubitat, an excedat regulam, & limites potestatis superioris, quia minore auctoritatem habet superior in res, de quarum bonitate dubitatur, quam dum solum dubitatur, an excedant limites suæ iurisdictionis. Si ergo in prioribus tenetur subditus obedire tenebitur a fortiori in posterioribus. Item, quia tunc constat rem præceptam non esse malam, & ita tenetur fieri Doctores n. præced. allegati.

Secundo deducitur, vt subditus teneatur obtemperare superiori, minime esse necessarium, vt ipse subditus videat, & intelligat esse bonum, & contentum intra limites auctoritatis superioris, id quod iubetur, sed factus est, vt ipse non fiat euidens esse malum, & extra eos limites. Constat ex D. Augusti. relato e. quid culpa tur in *sum. 21. q. 1. vbi ad hanc obedientiam expressè petit non certum sit rem imperatam esse contra Dei legem. Atque ita docent Innocen. Hostien. Ioann. Andr. Bald. Anton. Abb. Alexand. de Neuo, Gabr. Nauarra, Toled. allegati n. 5. Caietan. *sum. verb. bellum. vbi Artil. num. 4. Syluest. verb. conscientia. q. vltim. & ibi Rosel. num. penult. Ang. num. 2. Tabiena q. 1. num. 4. Valent. 2. 2. dist. 7. q. 3. punct. 2. col. 2. cor. 1. qui bene addit, euidens in presenti esse nõ quod ipsi soli iudicio aliorum prudentium proborum, sed quod iudicio aliorum prudentium proborum, & peritorum iudicabitur, aut iudicari potest esse tale. Immo hanc euidenciam talem petunt Rosell. verb. obedientia. num. 14. & ibi Angel. num. 6. Syluest. quast. 2. Tabiena q. 11. num. 11. vt nulla excusare ignorantia possit exequendo superioris mandatum, vt si sit contra fidei articulos, aut diuina præcepta, aut generale Ecclesie statum. Verum non hoc necessarium credo, sed quomodo cumque euidens sit rem illam esse illicitam, aut transgredi limites potestatis superioris, non tene-**

tur subditus obedire. Quare non placet quod tradit Nauarrus *sum. cap. 23. Latin. num. 37. Hisp. num. 56. vbi dixit opus esse, vt subditus in hoc dubio licite obediat, vt deponat conscientiam dubiam, credens posse superiorem id præcipere, & c. si quis aut. num. 11. 4. de penit. dist. 7. vbi ait, opus esse, vt prius perquædat sibi subditus rem præceptam esse bonam, saltem quoad effectum, ad quem sibi imperatur. Sed ex auctoribus citatis constat, non esse necessarium hoc iudicium in subdito, cum id speculatiuum sit; sed factus esse, ne certò norit rem illam esse malam, & proinde a superiore præcipi non posse.*

Tertio deducitur, non esse approbandum quod tradunt Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. disput. 62. c. 1. num. 37. & 31. & Azor lib. 2. c. 17. q. 9. vbi tradunt, subditum prohibiter opinantem, esse illicitam rem a superiore præceptam, non posse licite obtemperare, nisi iudicet quoque Prælatum amplecti aliam opinionem probabillem dicentem esse licitam rem illam: quia alias obtemperans contra propriam opinionem, ageret contra conscientiam propriam assensum. Cæterum dicendum est, quamuis iudicet probabiliter esse malum, quod superior præcipit, teneri ipsum obedire, quia ius habet superior tanquam possidens, imperandi id omne de quo euidenter non constat esse malum, aut extra limites auctoritatis suæ (vt n. præced. probauimus.) At opinans esse malum, non habet euidenciam eius certitudinem, cum de opinionis ratione sit, vt si assensus non vndeque certus, & euidens, sed cum formidine alterius partis. Item, quia coniux opinans matrimonium esse nullum, tenetur alteri petenti reddere, donec certò sciat nullitatem matrimonij, ne alterum possessione sua spoliaret, vt late probauimus lib. 2. de matrim. disputat. 44. num. 3. Ergo opinans rem præceptam esse malam, & sic superiori non posse illam præcipere, nequit illum sua præcipiendi possessione spoliare, donec certus omnino sit. Et ita docent Rosel. verb. conscientia. num. penult. & ibi Angel. num. 2. Syluest. q. vlt. Tabien. q. 3. n. 4. Cordu. lib. 3. questionar. q. 9. in iur. Valent. 2. 2. dist. 7. q. 3. punct. 2. col. 3. cor. 3. Suar. 5. tom. 1. 3. part. dist. 4. scil. 6. num. 5. & 6. Sayr. lib. 1. clauis reg. c. 12. n. 2. Idem tenet Salas 1. 2. c. 11. traic. 8. disputat. vnic. scil. 5. num. 76. licet non inuatur possessioni superioris: sed quia esse confusio, & destructio communis, si prætexat opinionis propria nollet quis superiori obedire. Item, quia aliqui superiores cogendi essent ad non præcipiendum, nisi ex certa, & euidenti cognitione, quod est supra humanam facultatem. Si autem potest subditus ex probabilibus rationibus formare iudicium prudens, & præciterum ad operandum; cur hoc non licet a superiori id ferendum legem, aut præceptum? quod si ipse iuste præcipit, alij obedire tenentur. Immo, si euidens sit, etiam subditus tanquam probabilis sibi petenti rem præceptam esse malam; adhuc enim tenetur obedire, cum assensus ille non sit certus, & euidens, nec limites opinionis transgrediatur. Quod ostendimus esse necessarium ad spoliandum superiore possessione iubendi. Quod idem eadem disputatione 44. num. 3. fin. lib. 2. de matrim. probauimus de coniuge opinanti tanquam probabilis matrimonium esse irritum. Secus ait Suarez supra, n. 6. si manifestè probabilis sit præceptum esse iniustum; quia tunc est valde probabile, non teneri subditum obedire. Sed hoc non credo, quia ad spoliandum superiore sua possessione, non sufficit huiusmodi cognitio probabilis de iniustitia præcepti. Nec existimo opus esse, vt subditus iudicet opinionem superioris esse probabilem dicentem rem illam esse licitam, nec vt deponat proprium assensum opinatiuum, quo credit, rem illam esse illicitam, sed eo assensu perueniente, & ignorata probabilitate alterius opinionis, tenetur subditus parere, dum non sibi certa est malitia rei præceptæ. Et ita Doctores allegati diuise in distincte tenent

teneri subditum obedire contra propriam opinionem, sicut tenetur obedire, dum dubitat de honestate rei præceptæ, nec est opus id dubium deponere, vt probauimus n. 3. & 5. Non enim minus malum est operari contra conscientiam dubiam de opeis honestate, quam contra conscientiam opinantem rem esse illicitam. Et ratio est, quia ea opinio, & dubium subditi sunt speculatiua; ac operari contra dubium, & propriam opinionem speculatiuum licitum est, & obligatorium, quando possessio alterius cogit ad formandam contrariam opinionem præcicam, nempe, esse tunc obediendum, ne alter iusta possessione spoliatur, dum iniustitia rei præceptæ non certò constat, vt diximus n. 3.

Secus tamen esset, si daretur opinio probabilis dicens in aliquo casu non teneri subditum obedire superiori; tunc enim subditus credens eam opinionem esse probabilem, non teneretur obedire, licet postea, quia potest alteritatem opinionem turo legi, si ea docet Sayr. lib. 1. clauis reg. cap. 12. num. 6. vers. illud tamen. Tunc enim non præponderat possessio certa superiori, quia eo ipso quod sit opinio probabilis, dicens subditum non teneri in eo casu obedire, vocatur in dubium possessio superioritatis in subditum, & ideo non supponitur ea possessio, vt præponderet contra libertatem quam habet subditus ad sequendam quamcumque opinionem probabilem earum, que sunt immediate regula operationum. Immo idem sentio, quamuis subditus crederet opinionem fauentem superiori esse probabilem, quia maior illa probabilitas non reddit omnino firmam possessionem superioris, nec tollit probabilem opinionem fauentem libertati subditi, vt sequatur vnam, aut alteram partem. Quod si dicas, eo ipso quod probabiliter opinatur subditus rem præceptam esse malam, aut excedentem limites potestatis superioris, cõsequitur, vt opinetur probabiliter, se non teneri obedire, cum in solis licitis, & conformibus potestati superioris sit ipsi præcipiendi ius. Respondetur negando id sequi, quia superior non habet tantum ius præcipiendi res quas subditus nouit licitas esse, & iuxta limites suæ potestatis, sed etiam res vniuersas, quas subditus non cognoscit euidenter illicitas, & ultra potestatem superioris, vt n. 3. probauimus: quare dum solus est assensus huius opinatiui, certum est subditum teneri obedire, sicut habenti opinionem probabilem, immo probabiliorem dicentem suam esse rem ab altero possessam, non licet alterum spoliare sua possessione: quia dum non est certitudo, non est probabile licitum esse spoliium alterius propria auctoritate factum. At verò si haberet pro se opinionem etiam minus probabilem dicentem licitum esse aliquid: alterum, posset illum spoliare sequendo opinionem in illam probabilem. Secundo, obicitur, si euidens sit licite præcipere ratione opinionis, & consequenter obligare, ergo subditus tenetur obedire, & manet obligatus, cum sint relatiua; nec potest dari bellum iustum ex vtraque parte. Respondendo faciendo superiore probabiliter obligare, & ita subditum manere probabiliter obligatum: at cum sit etiam probabilem oppositum, scilicet superiore non obligare, poterit subditus illud sequi in praxi; nec absurdum est, dari bellum iustum ex vtraque parte, quando ignorantia veritatis excusatur, vt hic contingit: patropi enim causam ignorantia veritatis excusantur ratione probabilis opinionis sibi fauentis, vt in litibus contingit; prudenter enim agunt ad hoc ut probabilem iustitiam tuendo. Et ita Nauarra lib. 3. de rest. part. 3. dub. 13. *sum. noua. edu. n. 239. dicit bellum vtriusque iustum esse ratione probabilis ignorantie, quando Princeps habet opinionem probabilem dicentem suum tributum obligare, & esse iustum, & subditus habet probabilem opinionem, quod non obliget, & tunc nec subditum peccare non soluendo, nec Regem exigendo.*

Quarto deducitur, qualiter intelligendum sit quod tradunt D. Thomas *quodlibet. 10. art. 10. corpor. 8. 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. Anton. 3. part. tit. 1. 6. cap. 1. 5. 9. nempe, non teneri religiosum obedire superiori præcipienti aliquid contra præceptum regulæ, aut altioris superioris. Id enim intelligendum est, quando superior nequit in eo præcepto dispensare, aut nulla est dispensandi causa, quia in his casibus iniuste præcipit, suæque potestatis limites excedit. Et ita D. Bernard. lib. de dispensat. & præcepti. sic ait: Votum meum non minuat Prelatus absque causa. Atque ita docent Maior 4. dist. 38. q. 15. ad fin. Caiet. 2. 2. q. 104. art. 5. circa solutionem ad 3. Rosell. verb. obedientia. num. 10. Angel. verb. religiosus. num. 29. Syluest. verb. religio. 6. q. 6. Tabiena verb. obedientia. q. 1. r. num. 12. Nauarra. *sum. cap. 23. Hisp. num. 39. Latin. num. 38. Cordu. in reg. D. Francisca. c. 10. q. 2. punct. 2. Toled. vbi de peccat. mort. cap. 16. num. 3. Valent. 2. 2. dist. 2. q. 3. punct. 2. fin. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 4. dub. 9. num. 76. vers. 4. Tapia athen. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 1. num. 56. C. de sacrosancti. Eccles. Dñm autem non est certus subditus, an superior possit dispensare, necne, tenetur obedire, vt bene docent Rosell. Angel. Syluest. & Tabien. citati. Atque idè dicendum est, quando non constat subditio, sed dubium est, an ducatur Prelatus ex iusta causa ad dispensandum, vt bene tradunt Maior, Rosel, Angel. Syluest. Cordu. Tapia *ibidem. Nauarra. sum. Hisp. c. 23. num. 38. Leonard. num. 77. vers. in dubio autem. Quia in dubio, an subsit iusta dispensandi causa, standum est iudicio Prælati, & pro eo saltem in foro conscientie præsumitur, vt probauimus lib. 8. de matrim. disputat. 17. nu. 1. 5. & præter auctores ibi citatos, tradunt D. Them. 2. 2. q. 88. art. 11. ad 2. Paludan. 4. dist. 38. q. 4. art. 4. conclus. 1. num. 40. Diu. Anton. 2. part. tit. 11. cap. 2. 5. 9. notabil. 3. Sylu. verb. votum. 4. q. 6. Nauarra. *sum. Latin. prelat. 9. num. 13. Quare Caietanus proxime allegatus, & Tabien. verb. obedientia. q. 5. n. 6. dum dicunt non obtemperandum Prælati absque cause discussione dispensanti, intelligendi sunt quando constat subditio, eum absque legitima causa dispensare: itaque oportet, ne subditus teneatur obedire in hoc euentu, triplicem in subditio certitudinem concurrere, vt bene docent Rosel. Angel. & Syluest. *ibidem. nempe, quia certus sit rem præceptam esse contra regulam, vel altioris superioris præceptum, & superiorem non posse dispensare, vel si possit, non buci ex iusta causa. Vnde si dubius sit, an sit contra regulam, vel id præceptum, vel esto sit, dubitatur, an possit dispensare, vel an moueatur ex iusta causa, tenetur obedire, quia quæcumque ex his tribus certitudinibus desit, res est dubia, an honesta sit, ac limites superioris excedens. At in hoc dubio fati probauimus n. 3. obedientiam tenetur: vtrum autem quando dubium est, an materia sit grauis & capax præcepti sub mortali præcipientis, tenetur subditus sub mortali obedire, dicemus c. sequent. n. 46.*****

Quinto deducitur, quid in ea questione sentiantur, an sit, an possit superior libertates, & immunitates in regula concessas subditis, coarctare contra regulæ, vel altioris superioris præscriptum, teneanturque subditus obedire? quam tractat Contar. in reg. D. Francisca. cap. 10. 1. 2. dist. 6. atque sic bene distinguit illa concedenda in regula religiosus, & non interdicenda Prælati potestatis coarctandi in parte, vel in toto in casu occurrenti ex causa iusta, tunc poterit coarctare, & tenebitur subditus obedire: quia quamuis Prælati non possint ea in vniuersum immutare, subditique interdicerent, id enim regulæ limites excederet; ac possunt in peculiari casu causa iusta ducti coarctare: neque hoc est contra regulam, aut eius limites excedens. Si autem ea ita in regula concedantur, vt denegerent omnino Prælati facultas coarctandi, non erit eis integrum coarctare, nec coarctantibus tenebuntur subditus parere, quod id præceptum limites regulæ excedat, iur. quæ Prælati



Prelati illi dispensate nequeunt additque bene Cordu. ex ipsa regule littera, circumstantiis que pendendum esse an degenetur, concedaturve potius ea facultas Prelatus. Idem etiam dicendum est quando Prelatus inferior limitare licentiam & immunitatem a Prelato superiori concessam alicui, quia eadem ratio militat. In dubio autem, an Prelati possint coartare, & an causa iusta subit, dicendum est idem quod diximus n. preceden. nempe standum esse superioris iudicio.

10 Sexto deducitur, quando valerudinaris, aut alio impedimento laborans, dubius est, an teneatur ieiunare, abstinere a carnibus, officium diuinum persolvere, & sic de similibus, teneri obedire Prelato precipienti, ne ieiunet, aut ne officium canonicum persolvat, aut carnibus vescatur. Quia tunc tantum est dubium, an res sit licita; in quo casu obtemperandum esse probauimus n. 3. Nec obstat periculum fractionis legis illius ecclesiasticæ, quia præceptum Prelati habetur in eo dubio pro legis interpretatione. Sit Sor. de secret. memb. 3. q. 2. concl. 1. Salas 1. 2. q. 21. ar. 8. disp. omic. sect. 17. n. 155. Ytians Cordubam.

11 Septimo deducitur, qualiter intelligendum quod tradunt Paludanus 4. dist. 19. q. 1. ar. 1. num. 7. & D. Anton. 3. part. tit. 16. c. 1. §. 7. post 7. notabil. vers. ad prelatum autem. & in 17. cap. 16. §. 1. ubi dicunt, religiosum iustum a Prelato admittere prelatum ordinis, aut audire confessiones, teneri obedire, quamuis eo munere se indignum, & earentem scientia sufficienti reputet: id enim intelligendum est, quando non euidenter nouit defectum dignitatis, & scientiæ, sed dubius est, quia in dubio obediendum est. Atque ita explicat Syluest. verb. confessor. 3. q. 3. Nauar. sum. c. 4. Hispan. num. 3. & 6. Latin. n. 9. §. 14. Mezin. lib. 1. sum. c. 5. fin. Siar. 4. tom. in 3. par. disp. 28. sect. 2. n. 7. Manuel 1. tom. sum. 2. edition. c. 61. qui omnes loquuntur de munere audiendi confessiones. Non tamen admittendum est, quod tradunt Paludanus, & D. Anton. utroque loco citato, & Syluest. verb. confessor. 3. §. 2. sine, nempe, minorem scientiam desiderari in audiente confessiones ex obedientia Prelati, quam in sua sponte audienti. Sed dicendum est, eadem in utroque requirit quia obedientis efficere nequit, ut quisquam sufficientem scientiam ad excipiendas confessiones deliturus, id minus licite obeat; si sufficientem scientiam sit, eadem que que sufficiat id minus propria sponte subeunt: ne enim in hoc maior quam sufficientem scientiam desiderat. Et ita eam differentiam reprobant Nauar. sum. cap. 4. l. span. n. 3. Latin. n. 9. Siar. ead. sect. 2. n. 7.

12 Octauo deducitur, teneri subditum parere superiori, quamuis dubium præctum habeat, nempe an hic, nec licet in re hac quam dubitat, an sit licita, pareat. Quia etsi hoc perseuerante sit nefas parere, eo qui contra scientiam præctæ dictamen agatur, quod nullo euentu potest esse licitum: at accedente superiori præcepto teneri id dubium præctum, tanquam conscientia erronea procedens, deponere; quia ad iusta deponendi causa; & vt id dubium transeat in solium speculationium, an res sit licita, necne, credendo ob præceptum superioris non tantum licere in eo euentu obedire, sed teneri. Atque ita docent Molin. tom. 1. de iust. disp. 111. col. penult. vers. illud circa rem. Sayr. in clam. reg. sacerdot. lib. 1. c. 13. num. 39. Salas 1. 2. q. 21. ar. 8. disp. omic. sect. 26. n. 268.

13 Quod si deponere eam conscientiam erroneam nequeat, quod præceptum magis obliget, num Prelati, an conscientie erroneæ: & utrumuis faciendo peccet, latius diximus lib. 1. huius tractatus, c. 11. n. 12. vsque ad 16.

14 Si tamen certus est subditus se non peccare non parendo superiori, eo quod consistit rem præceptam excedere limites illius potestatis: at dubitat siue præctæ, an obediendo peccet, siue speculatione, an res sit illicita; tenetur non obedire, utrius dubio permanente, quia

tunc nulla est ratio deponendi dubij, siue præctæ, siue speculatione, cum ea certitudine stante, superior nulla præcipiendi possessione inuenitur: & sic sine causa exponeret se periculo. Et ita docet Cordu. in question. lib. 3. q. 7. Proposit. omic. Manuel 99. regular. tom. 3. q. 1. §. ar. 5. Salas 1. 2. q. 21. ar. 8. disp. omic. sect. 17. n. 156.

Nono deducitur, approbandam esse distinctionem inter subditos Principis dubitantes, an bellum sit iustum, & non subditos; vt illis manente adhuc dubio speculatione, liceat ire ad bellum, non autem hisquamuis (vt n. 2. retulimus) eam reprobet Vasq. dicens neutris licere, manente omnino eo dubio; & utriusque eo deposito, cuius fundamenta retulimus ibi, & solimus n. 3. Eam quoque reprobant Nauar. lib. 2. de restit. c. 3. in nou. edition. 2. part. dub. 12. n. 260. & Salas 1. 2. q. 21. ar. 8. disp. omic. sect. 26. num. 272. sed longè alio modo quam Vasq. aiunt enim in eo iustitia belli dubio integrum esse eo manente, tam subditis, quam non subditis, militare. Ducuntur primo, quia quicumque dum certi non sunt de iniustitia, tenentur eximiam Principem indigentem bellum iuste procedere, ne iudicij temerarij sint rei condemnantes absque sufficientibus iudiciis. Secundo, quia alia subditi dubitantes peccarent semper ferè mortaliter, si militiae adscriberentur, quia nunquam cogi obedientia Principis solent, sed sua sponte se militiae adscribunt. Tertio, quia Principes, qui principialis causa belli est, non peccat, ergo nec non subditi qui sunt instrumentalis causa. Quarto, quia expedit vt amici, & non subditi Regem bellarum adiuuent, quin illis manifestentur causa belli, sed in fide Regis indigentium bellum. Tandem, quia aduocatus dubitans de clientuli iustitia, licite ei patrocinatur (vt probauimus lib. 1. huius tractatus, c. 9. num. 51). At nihil refert, an patrocinio, an armis aliquem tueamur. Sed tandem num. 266. concludit Nauarra, disputando hæc dicta esse sapientis autem fore, non recedere à contraria sententia communissima. Sed dicendum est, prædictam distinctionem esse verissimam, quam approbare videntur Innocent. cap. sic. el. 3. num. 1. de iur. iur. & ibi Ioannes Andre. num. 5. Hostiensis num. 3. Anton. cap. olim. num. 25. de restit. spoliat. Rosell. verb. bellum. num. 4. aiunt enim subditos cum eo dubio euntes ad bellum, excusari à peccato ratione obedientie sui Principis. Cum ergo ea obedientia locum minimè habeat in non subditis, ij non excusabuntur. Et in propriis terminis eam tenent Archidiaconus. cap. Denique num. 2. 14. quest. 5. Abb. de scient. num. 16. & ibi Alex. de Neuo num. 98. Bellam. quest. 6. num. 25. Henr. num. 3. Maior 4. dist. 1. §. quest. 20. conclus. 3. & ibi Gabr. quest. 4. ar. 2. conclus. 4. Caiet. 2. 2. quest. 163. ar. 2. circa solut. ad 4. dub. 2. & in sum. verb. b. Syluest. verb. bellum. 1. quest. 9. conclus. 4. Angel. verb. ubi Armil. num. 4. Tabien. quest. 11. num. 1. Sum. cap. 15. num. 15. Cordub. lib. 1. questionar. 9. punct. 1. vers. si verò isti præstantes. Valent. 2. 2. disp. 4. punct. 2. col. 5. vers. si autem miles. Molina tom. 1. de re. disp. 113. col. penult. Bañez 2. 2. quest. 40. ar. 1. dub. 6. Az0 tom. 3. institution. moral. lib. 2. cap. 19. quest. 9. Petr. de Ledel 2. tom. sum. ar. 3. cap. 11. conclus. 20. Et ratio est manifestæ, quia (vt probauimus lib. 1. huius tractatus, cap. 10. n. 13) quoties quis speculatione dubitat, an bellum sit iustum vel an res talis licita sit, tenetur quoque præctæ dubitare, nisi aliqua ratio specialis cogat variare iudicium præctum, stante contrario speculatione. At quoties subditus iubetur aliquid, de cuius honestate dubitat speculatione, est ratio cogens ad contrarium iudicium præctum formandum, nempe, præceptum superioris in eo dubio possidentis. Cum ergo hæc ratio celsit in non subditis, nequibunt, stante iudicio speculatione dubitæ contrarium præctum concipere, vt vel sic possint licite cum eo dubio speculatione operari. Nec obstant rationes contrariæ. Non prima, quia assumptum illud non est in vniuersum verum: sed h. iudicia sufficientia sit

ad dubitandum de rei iustitia; non autem ad certum iudicium formandum, tenentur non formare certum iudicium, sed dubitare possunt. At in presenti supponimus esse sufficientia iudicia ad dubitandum, & esto talia non essent, sed dubitando peccaretur, id tantum probari, teneri non subditos id dubium deponere. Cæterum quando non deponunt, non possunt rem illam exequi. Ad 2. cõlat ex dicendis n. seq. & 17. & 18. Ad 3. dico, huic non subdito non constare, an Princeps peccet, necne; præterea, esto id constaret, possent ipso non peccante peccare; quia Princeps id dubium non habet: at non subditi dubitant de iustitia belli. Ad 4. fateor id expedire, quãdo talis est Rex, vt merito eius conscientie fidere possint amici illius: sed quando ex sufficientibus iudiciis sunt omnino dubij de iustitia belli. Ad vltim. dico disparere esse rationem, nam in lite dubia iudicis est merita cause vtriusque litigantis inquirere, & sententiam ferre: & ideo quando causa dubia est, iustitiam vtriusque litigat, & causidici vtriusque patrocinantur. At indicare bellum, est profert sententiam, & mandare executioni contra alterum Principem, quod non licet dum causa est dubia.

16 Nomine verò subditorum, vt in dubio hoc iustitia belli, vel alterius rei præceptæ, obedire liceat, intelliguntur non solum subditi indigenæ, sed etiam alienigenæ mercede conducti, qui continuis stipendiis sub eodem Principe ante debebant, tam tempore belli, quam pacis; secus de illis qui tunc temporis conductuntur. Atque ita docent Caietan. utroque loco, Armil. Nauar. Valent. Bañez. Molin. allegati n. preced. Salas 1. 2. quest. 2. 1. ar. 8. disp. omic. sect. 26. num. 268. & reddit optimam rationem Molina, quia ij stipendiarij reputantur tanquam famuli, qui similitur in dubijs tenentur parere heris, qui antea illos conduxerant. Quare dum Syluest. verb. bellum. 1. quest. 9. dist. 4. ait stipendiarios non excusari, debet intelligi de iis qui ante bellum tales non erant. Et bene addit Molin. hos fortè teneri ad maiorem diligentiam adhibendam, quando aliqua iniustitia iudicia apparent, quam indigenas; & si multum propendat in eam partem, vt bellum sit iniustum, & integrum sit illis discedere, quia transit tempus, pro quo operas suas locauerant, tenebuntur discedere.

17 Subditos autem tunc tantum in eo dubio excusari ait Cordub. in question. lib. 3. quest. 39. punct. 1. vers. si verò isti præstantes, quando obedientia superioris coacti se militiae adscribunt, quia ratione solius possessionis superioris ad præcipiendum excusantur subditi obtemperantes in eo dubio. Ergo quando nullum est præceptum, non nime excusantur. At melius Caietan. 2. 2. q. 160. ar. 2. circa solut. ad 4. dub. 2. ait non opus esse ad hoc præcepto expresso: sed facti esse tacitum, quale it. positum censetur eo ipso quod Princeps bellum indicit; vult enim eo ipso, vt subditi necessarij ad bellum, vadant, & se militiae adscribant, nec obiter eorum dubium de belli iniustitia.

8 Cessante tamen præcepto expresso, vel tacito, non liceat subditis speculatione dubitantibus de rei alicuius honestate, illam exequi, eo solum quod nolent suum Prelatum sentire rem illam esse licitam, nisi ea autoritate scientie & prudentia polleret ille apud subditos, vt ea ducti conciperent opinionem probabillem esse, id licere; quia seclusis his dotibus, & præcepto, sola autoritas prælationis non facit opinionem esse probabilem, nec sufficientem deponendi speculatione dubij ansam præbet. Quare idem existimo, etsi Prelatus eundem ex subditis dubitantibus id præciperet, non enim aliis, nec expressè, nec tacitè iustis integrum esset id exequi, sed illi soli qui iustus: quia ille solus ratione præcepti superioris iustum habet causam contrarij iudicij præctæ formandi, vt vel sic licite operari valeat.

Hæc autem sententia hucusque explicata, vt in dubio teneatur subditus obedire, solum aliquibus modis limitari. Primo limitatur, vt intelligatur quando subditus non potuit, consultis viris peritis, certior reddi de iustitia illius rei præceptæ, sed adhuc dubius permanet. Tenetur enim hanc diligentiam, si commode potest, præmittere, vt obedientia superioris excusetur operans contra dubium speculatione. Ita docent Hostiens. sum. tit. de panit. §. quid de rapina. vers. quod si probabiliter dubiat. Alex. de Neuo cap. sic. el. 3. num. 98. de iur. iur. Rosell. verb. bellum. num. 4. Angel. ibi. num. 8. & verb. obedientia. num. 6. Syluest. verb. bellum. 1. quest. 9. conclus. 3. & verb. obedientia. quest. 2. Et potest probari, quia possidentem rem aliquam, & dubitans an sit sua, tenetur diligentiam adhibere ad assequendam veritatem, vt tutus sit. Et coniu dubius de valore matrimonij, tenetur eandem apponere diligentiam. At verius est, ad hoc non teneri subditum: quia (vt ait optimè D. Thom. de verit. quest. 17. ar. 5. ad 4.) ad officium subditi non pertinet inquirere arcte inuestigare, si sine bonum & expediens quod iubetur; sed rem præceptam exequi, dum ei non constat esse malam, & examen illud vult perfectioni repugnat obedientie, quod idem ex multis Sanctis probat Valent. statim allegandus. Et ideo hanc partem tenent Gabr. 4. dist. 15. q. 4. ar. 2. cap. 4. & 2. 2. ar. 2. etiam quod si dubitat. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. in nou. edit. cap. 2. dub. 1. 2. num. 261. & 266. Valent. 2. 2. dist. 7. q. 3. punct. 1. col. 2. corol. 2. Nec obstant in contrarium adducta, quia illius possidentis, & coniugis dubitantium est examinare, an res sit aliena, & matrimonium validum; at subditi non est examinare superioris præceptum, sed obedire, dum de eius iniustitia certus non est.

Si tamen subditus crederet, superiorem ex alicuius circumstantiæ ignorantia, aut falsa presumptione, aut obliuione, rem illam, quam ipse subditus licitam esse dubitat, præcipere; tenetur vtrique veritatem circumstantiæ proponere, atque illa propoita, si adhuc superior persisteret præcipiendo, tenetur subditus in eo dubio obedire, quia nulla est iam causa ipsius excusans, quin superioris præcepto acquiescere debeat.

Secundo limitatur prædicta sententia, nisi subditus certus sit, superiorem præcipientem dubitare quoque, an res præcepta sit licita; tunc enim nec tenetur, nec potest licite obedire, stante eo dubio. Ratio est, quia tota causa, ob quam in dubio tenetur subditus, & potest licite obedire, est, quia alter petiti sibi debitum ratione possessionis, ne in dubio ea possit. At cum superior est dubius, an res præcepta ab ipso sit licita, nec petit sibi debitum, nec ei fuit possessio; utpote que est præcipiendi ea sola quæ licita esse credit. Ergo subditus nec tenetur obedire, nec obediendo excusatur. Præterea, quia quando vterque contum dubius est de valore matrimonij, neuter potest alteri petenti debitum reddere, vt probauimus lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 55. Ergo cum tam superior, quam subditus dubitet, an res præcepta sit licita, nequibit subditus, eo dubio persistente, obedire. Atque ita docent Bañez 2. 2. quest. 40. ar. 1. dub. 6. concl. 3. Petr. de Ledel. 2. tom. sum. ar. 3. c. 13. concl. 21. Salas 1. 2. quest. 21. ar. 8. disp. omic. sect. 26. n. 275. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 1. 26. concl. 4. num. 5. Quare dum D. August. lib. 2. contra Faustum. relatus c. quid culpatur. 23. quest. 1. dicit inquirentem præcipientem imponendo præceptum, non impedire obligationem obediendi in subdito; intelligitur quando iniquitas est ex parte modi: vt quia Rex habens iustam bellandi causam, ducitur passione, aut animo vindicæ, vt bene explicat ibi Turrecrem. n. 3. Atque similitur credo subditum non teneri obedire, etsi certus esset rem esse licitam; at dubitaret an excederet limites potestatis superioris: quia dubitat, an sit supra, vel præter regulam. Si certus esset superiorem quoque dubitare, an sit supra, vel præter regulam, quia adhuc non suffragatur superi-



tiori possessio eo dubio persistente, ut pote quæ est præcipiendi ea sola, quæ secundum regulam sunt, licet licet obediatur, perfectiusque faceret, cum res præcepta sit licita. Quod si superior dubitaret, aut crederet, rem à se præceptam esse illicitam, aut supra suam potestatem, subditus autem non dubitaret, sed crederet rem esse licitam, & contentam intra potestatis limites, videtur non teneri subditum obedire, quia coniuæ non dubitans de matrimonij veritate, et si possit reddere coniugi dubitanti, & sic malè petenti; at non tenetur reddere (vt probauimus lib. 2. de matrimonij diffinit. 41. num. 56.) cuius ratio est, quod dubitans caret iure petendi. Ergo similiter superior dubitanti, aut credenti, rem esse illicitam, & sic malè petenti obedientiam in ea re, non tenetur subditus obedire, et si non dubitet, sed credat rem esse licitam, & clausam intra terminos potestatis. At credo teneri tunc subditum obedire. Ratio est, quia in re illa obedientia est superiori debita, et si conscientia erronea superioris putet illi sibi debitam non esse, sicut si quis ex errore putet, rem à se possessam non esse suam, & malè petat sibi reddi tanquam suam; enor sciens esse suam, reddere illi. Nec obstat exemplum de coniuge aduictum; quia coniuæ non dubians non est certus de matrimonij valore, & alterum dubitare, quod si de hoc esset certus, teneretur vique reddere propter rationem dictam.

Tertio limitatur, nisi dubium subditi sit circa factum, vt si dubitet, an hominem interfecerit, aut aliud delictum commiserit, ob quod irregularitatem incurrit; tunc enim iustus à superiori non potens in ea irregularitate dispensare, vt celebret, nec tenetur, nec potest obedire. Ita docet Vazq. 1.2. quest. 19. art. 6. disp. 66. cap. vlt. num. 50. Sayr. clau. reg. sacerdot. lib. 1. cap. 13. num. 38. Et ratio est, quia in dubio facti tenetur ille partem tutiorem sequi, credendo se irregularem, vt tradunt communiter Doctores in tract. de irregularitate. Quæ limitatio vera est, quoties in dubio facti circa censuras tenetur quis se reputare censura ligatum; quia tunc constat rem præceptam esse illicitam. Addit tamen bene Vazq. ibi, cum multum sit superioris prudentie fidendum, contingere aliquando posse, vt etiam tale dubium circa factum possit, & debeat tunc subditus deponere. Videantur quæ diximus circa hæc lib. 1. huius operis cap. 10. à num. 38.

Quarto limitatur, quando subditus dubius, an res præcepta sit licita, vel supra iuberi potestatem, iubere rem valde difficilem, aut sibi nimis molestam exequi, vt longam abstinentiam, aut longum iter, vel aliud opus valde austerum: tunc enim non tenetur statim parere, donec re maturius discussa constaret eam licitam, & intra limites potestatis superioris clausam esse quia tanta rei difficultas, vnà cum dubio potestatis imperandi, præponderat possessioni superioris, & fauere potius libertati subditi, quæ et si communiter odiosa sit, at in hoc casu non est talis reputanda. Item quia olim multi Doctores, quos reuoluimus lib. 2. de matrimonij diffinit. 43. num. 2. docent, dubitantem de seruitute alterius coniugis, quem liberum putabat, non teneri obedire Ecclesiæ præcipienti reddere debitum, ob damnum sibi imminens ratificandæ ea copula matrimonium, quod irritum erat, & sic cadendi iure illius dissoluendi. Et licet contrarium tenuerimus ibi, n. 5. id fuit, quia probatum nullum inde damnum imminere, supponentes eo damno imminenti verissimam esse illam doctrinam. Et ita tradit Sor. de secret. membr. 3. quest. 2. concl. 1. vers. respondetur quod Prælati. Ludou. Lopez 1. part. instrum. cap. 36. col. 1. vers. sic etiam ibi. Tapia autem ingressi, verb. ipso ingressu, cap. 1. num. 49. C. de sac. sanct. Eccles. Sayr. lib. 1. clau. reg. cap. 1. num. 40. & lib. 12. cap. 16. num. 7. & 18. Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. num. 154.

Vltimo limitatur, nisi ex obedientia in eo dubio timeatur magnum proprium, aut tertie personæ damnum in rebus, honore, vel fama, vel corpore, vt si superior interroget de proprio, aut tertij delicto, & est dubium, an iuridicè roget: tunc enim in eam partem inclinandum est, in qua est minus damni, & periculi, & ea est amplectenda. Atque proinde in prædicto casu non est obediendum in eo dubio, quia maius est periculum, & damnum illud imminens, quam semel non obedire; & hæc iuncta cum dubio illo præponderant iuri superioris. Item quia in dubio fauendum est reo, & ei de cuius damno agitur: et si enim subditus non sit in possessione suæ libertatis, est tamen in possessione suæ securitatis, seu iuris, quo potest se à rebus periculosis conseruare. Vnde non tenetur in ea se coniecere, nisi constet superiori iuste precipere. Atque ita docent Aragon 2.2. quest. 69. art. 2. fol. 497. vers. sed dubio aliquis; Bancz ibi. part. 1. dub. 2. Sor. de secret. membr. 3. quest. 2. concl. 2. Cordub. questionar. lib. 3. quest. 8. col. 5. vers. secundum da pars. Tapia eo. cap. 1. num. 48. Metin. 1.2. quest. 19. art. 6. fol. 306. col. 2. vers. ex his principijs. Ludou. Lopez 1. part. instrum. cap. 56. Sayr. end. cap. 13. lib. 1. num. 41. Manuel Rodrig. 2. tom. sum. cap. 9. num. 3. & de ordin. iudicial. c. 7. num. 12. & q. regular. tom. 3. quest. 19. art. 4. & 6. Henric. lib. 1.4. de irregularitate. cap. 3. num. 3. commentar. litera X. Leonard. lib. 2. de inst. cap. 41. dub. 5. num. 77. & cap. 31. dub. 3. num. 10. Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. num. 155.

Hinc deducitur, quando exequitio rei præceptæ differri potest, ac minus damnum timeatur ex dilacione, quam ex prompta executione, differendam esse executionem mandati, donec examinetur, an obedientiam sit. Atque ita docent Couarruu. regul. peccatum. 1. part. num. 5. ad finem.

Sed quid si superior præcipit aliquid sub conditione, de qua dubium est, an sit impleta, necne? Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 177. fine, dicit teneri obedire: quia est dubium facti, in quo est sequenda pars tutior; quod at intelligi quando subditus potest obedire absque magna incommoditate. Oppositum tamen dicendum est, nempe subditum tunc non teneri obedire, quia præsumendum est conditionem non esse impletam, vt ostendimus lib. 4. huius operis. ap. 16. num. 3. & cap. 23. num. 29. dum sermo esset de voto conditionali. Sed ante impletam conditionem præceptum illud non obligat subditum. Ergo in eo casu non tenetur subditus obedire.

Id demum obseruandum est, in casibus, in quibus aione dubij diximus non teneri subditum obedire, dem censendum esse, quamuis præceptum sub excommunicationis late pœna imponatur: quia excommunicationis impositio non tenetur nisi pro inobedientia in his casibus non reperitur, cum præceptum non tenetur, cum tunc præceptum maiorem præ se grauius tenet, est res diligentius discutienda. Ita Sor. a. membr. 3. quest. 2. immediatè ante 4. concl.

Hactenus egimus de dubio ortu ex qualitate præcepti, superest discutiendum de dubio ortu ex defectu auctoritatis superioris, vt si dubitetur, an legitime electus, confirmatus, & sic. Qua in re Vazq. 1.2. quest. 19. art. 6. disp. 62. cap. 6. fin. & Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 8. num. 78. dicunt, si subditus de hoc dubitaret, vel essent diuersæ opiniones, tunc posset subditus sequi probabilem opinionem dicentem eum non esse superiorem, & ita se non obligari ad obediendum. Vbi, quamuis propofuerunt, quando est dubium, vel sunt diuersæ opiniones, non satis explicant quid, quando est dubium, sed solum casum, in quo sunt diuersæ opiniones & referunt pro se Gerson. tom. 3. tract. de vii. spirit. lect. 4. corollar. 10. alphasibi. 62. litera N. vbi tandem dicit hæc. Quantum, & qualiter licet dubitare de potestate alicuius propter debite electionis defectum; tantumdem, & taliter licet dubitare de suorum præceptorum obligatione.

num in rebus, honore, vel fama, vel corpore, vt si superior interroget de proprio, aut tertij delicto, & est dubium, an iuridicè roget: tunc enim in eam partem inclinandum est, in qua est minus damni, & periculi, & ea est amplectenda. Atque proinde in prædicto casu non est obediendum in eo dubio, quia maius est periculum, & damnum illud imminens, quam semel non obedire; & hæc iuncta cum dubio illo præponderant iuri superioris. Item quia in dubio fauendum est reo, & ei de cuius damno agitur: et si enim subditus non sit in possessione suæ libertatis, est tamen in possessione suæ securitatis, seu iuris, quo potest se à rebus periculosis conseruare. Vnde non tenetur in ea se coniecere, nisi constet superiori iuste precipere. Atque ita docent Aragon 2.2. quest. 69. art. 2. fol. 497. vers. sed dubio aliquis; Bancz ibi. part. 1. dub. 2. Sor. de secret. membr. 3. quest. 2. concl. 2. Cordub. questionar. lib. 3. quest. 8. col. 5. vers. secundum da pars. Tapia eo. cap. 1. num. 48. Metin. 1.2. quest. 19. art. 6. fol. 306. col. 2. vers. ex his principijs. Ludou. Lopez 1. part. instrum. cap. 56. Sayr. end. cap. 13. lib. 1. num. 41. Manuel Rodrig. 2. tom. sum. cap. 9. num. 3. & de ordin. iudicial. c. 7. num. 12. & q. regular. tom. 3. quest. 19. art. 4. & 6. Henric. lib. 1.4. de irregularitate. cap. 3. num. 3. commentar. litera X. Leonard. lib. 2. de inst. cap. 41. dub. 5. num. 77. & cap. 31. dub. 3. num. 10. Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. num. 155.

Ceterum

Ceterum existimo idem proflus dicendum esse in hoc dubio, vel diuersitate opinionum, et si tanquam probabilibus opinatur non esse legitimum, quod hactenus diximus, quando illud dubium oritur ex parte rei præceptæ, an sit licita, aut excedens limites potestatis superioris: & ita tenetur tunc subditus obedire, præterquam in casibus exceptis n. 20. & sequentibus. Ducor, quia vt num. 7. probauimus non est idem opinari rem esse malam, aut excedere facultatem superioris, & opinari subditum non teneri in ea obedire. Sed stante priori opinione, tenetur obedire: & vt non tenetur, est opus certitudinis per quam constat rem esse illicitam, aut excedere potestatem superioris. Sic ergo non est idem dubitare, aut opinari superiorem non esse legitime electum, aut non esse legitime confirmatum, aut opinari non teneri tunc subditum illi obedire, quia cum in possessione prælationis sit (vt suppono, si enim in ea possessione non esset, denegari posset possessio, donec de legitima electione, aut confirmatione constaret) non potest ob solum dubium, vel opinionem spoliari legitima possessione denegando ei obedientiam, donec certus sit defectus: sicut coniuæ dubitans de valore matrimonij, aut opinans esse irritum, dubitat eo ipso, an alter sit legitimus coniuæ, legitimamque potestatem habeat in suum corpus, & opinatur non esse talem, nec habere eam potestatem; & tamen quia alter habet legitimam possessionem, nequit ipsum ea spoliare denegando illi debitum ob id dubium, vel opinionem, donec id sibi certum sit, vt probauimus lib. 2. de matrimonij. disp. 44. num. 3. Si autem esset probabilis opinio in aliquo casu non teneri tunc obedire, quamuis oppositam crederet subditus probabiliorum, posset non obedire, sequendo opinionem probabilem, iuxta dicta num. 7.

30 At quando quis dubitaret, an alter esset suus superior, nec ille esset in possessione superioritatis erga ipsum, non tenetur ei obedire, donec certò id constaret, quia cum alter non possideat, standum est pro libertatis possessione. Secus quando alter esset in possessione superioritatis; tunc enim ea spoliari nequireret denegata ei obedientia, donec certò oppositum constaret.

CAPVT IV.

An religiosus teneatur sub culpa mortali, aut veniali, omnia in regulis suis religionis contenta obseruare, & omnia à superioribus religionis legitime sibi iniuncta exequi?

SUMMARIUM.

In religiosi teneantur ad omnia contenta in regula ex voti obedientia, ita vt cuiuslibet transgressio sit culpa? n. 1. Quod si profertis se intendere ad omnia obligare, credens ad omnia obligari? n. 2. An omnia contenta in regula Diui Augustini obligent sub culpa? n. 3. Explicatur quæ rerum genera in regula continentur. n. 4. An regula præcipiens res alio precepto sub mortali debitas obliget sub mortali? n. 5. An tunc transgressio sit duplex mortale, aut habeat malitiam specificam necessariam fatendam? n. 6. An grauius peccent religiosi eodem genere peccati quam seculares? n. 7. Res contentæ in regula spectantes ad tria vota substantialia, an obligent sub mortali? n. 8. Quod dicatur votum professionis vite regularis? n. 9. An regula obliget ad alia consilia euangelica in ipsa contenta? n. 10. An obseruationes regulares externe in regula præscripta obligent? Summa Th. Sanchez pars 111.

gent sub culpa, quando institutor dicit se ad nullam culpam obligare velle, & an tales sint in ordine Prædicatorum, Minorum, & Societatis IESU? n. 11.

An possit esse leges non obligantes ad culpam? n. 12.

An regula fratrum Prædicatorum obligent ad penam? n. 13.

An ex prauo sine transgressi regulam non obligentem ad culpam sit culpa, & ex bono sine sit opus virtutis? n. 14.

Quando sit culpa in tali transgressione facta ex negligentia, vel libidine, & an communitè accidat in ea culpa venialis? n. 15.

Transgressio ex contemptu an sit mortale, & quando sit contemptus? n. 16.

An sit contemptus transgressi ex consuetudine? n. 17.

An consuetudo transgressi regulas sit mortale, quando adest propositus vt omnes, vel precipias non obseruandi? n. 18.

Quid si adesse animus seruandæ aliquam saltem ex precipijs regulis? n. 19.

An sit mortale decretum religiosi non seruandæ regulam, nec præceptum superioris, nisi quando sub mortali obligat? n. 20.

Quid de consuetudine non seruandæ regulæ, habendo tamen animum seruandæ? n. 21.

Quid si animus transgressi sit impediens finem regulæ? n. 22.

An præcepta regularum, aut superiorum obligent ad mortale, vel veniale, aut ad solum penam, eodem modo iudicandum sit, quo id de legibus ecclesiasticis iudicatur? n. 23.

Vi lex quæcumque, vel præceptum ad mortale obliget, opus materiam esse grauem, & vnde hæc grauitas sentienda est, remissè? n. 24.

An ex intentione legislatoris sit desumenda vis obligatiua legis, ita vt possit in materia etiam graui sub solo iuramento obligare? n. 25. & 26.

An id deducendum sit ex communi consuetudine, & vnde in legi? n. 27.

An attendendus sit consuetus precipiendi modus, per quem verba fiat? n. 28.

Postea inuenies alia summaria.

QVÆSTIO hæc satis grauis & difficilis; & ideo ad clariorem illius discussionem oportet præmittere quæ à Doctorebus tanquam certiora admittuntur. Prima conclusio sit. Religiosi non ita ex voto obedientiæ tenentur regulas seruare, vt transgressio cuiusvis sit culpa mortalis, aut venialis, sed obligantur ad res in regula contentas eo modo quo in ipsa continentur: nempe, si continentur tanquam præcepta obligantia sub mortali, tenentur sub mortali; si solum vt obligantia sub veniali, tenentur sub veniali; si solum vt consilia sub nulla culpa obligantia, ad nullam quoque culpam obligabuntur. Ita expressè diffinitur de fratribus Minoribus, qui non vtrumque promittunt obedientiam, sed expressè promittunt seruare regulam Diui Francisci, in c. hoc si id. §. in primis quia de verb. significat. in 6. & Clement. 3. §. cum igitur in primis. vers. declaramus. eod. tit. Et ratio est, quia religiosus promittens seruare regulam, vel obedientiam secundum regulam, non promittit singula in particulari, & collectiue; sed solum mores suos iuxta regulæ præscriptum componere, seu obedire secundum regulam. Ergo eodem modo intelligitur obligari, quo regula præscribit, & obligat; & aliis periculosisimam esset, ac multis passim peccandi ruinis expositus religionis status, cum multa inuicta in regulis præscribantur, quæ facillimum esset transgredi. Atque ita docent Henric. quadlibet. 3. q. 21. Angel. verb. religiosus. num. 18. Syluest. verb. religio. 1. q. 8. dist. 1. & q. 11. dist. 5. Vazq. 1.2. q. 96. art. 4. disp. 161. c. 4. n. 16. atque idem probauimus alios referentes loquendo de iugamento præfrito seruandæ statuta alicuius communitatis lib. 3. huius operis. cap. 14. à num. 1. Et non omnia contenta in regulis obligare sub mortali, docet etiam